

Kreis

Paderborn

S. 152

1199.

[33

Landgraf Hermann von Thüringen beurfundet, daß Ministerialen dem Kloster Gardehausen eine villa in Rosbach<sup>2)</sup> für 12 Talente frei von allen Lasten überlassen haben.

In nomine sanctae et individuae Trinitatis. Hermannus Dei gratia lantgravius Thuringiae et Palatinus comes Saxonia coenobio in Hersvithehusen in perpetuum. Amen. Nostrae deliberationi sedet placitum, est etiam aequum et dignum, quodvis opus Dei nos respiciens, qua possumus diligentia, reddere confirmatum. Helmwicus in Rorenvort<sup>3)</sup> et fratres sui ministeriales nostri coenobio in Hersvithehusen villam in Rosbach universis haeredibus suis annuentibus contradiderunt et sub conducto, quo convenerunt ipsi et praedicti coenobii confratres ab ipsis XII talenta receperunt. Haec autem sic eos in haereditario iure transiit nec alicui iustitiae vel advocatae vel decimae debet subiacere. Hoc testamur, nam facto huic interfuimus. Praeterea quod nostrae potestatis erat tam villa quam possessores, noster affuit pleni consensus. Quod ut perseveret ratius, sigilli nostri veritate communitus. Huius rei testes sunt comes Fridericus, frater lantgravii, comes Wikerus, comes Henricus de Cigenhagen, dominus Volewinus de Nuwenburch, Henricus de Gustervelt, Stephanus de Scardenberch, Thudo de Rodenberch, Henricus de Ense, Henricus Sygen, Win et alii quam plures. Acta sunt haec anno dominicae incarnationis MCXCVIII.

VII, 52. Dobenefer, Regesta historica Thuringiae 1110. Druck: Cod. dipl. Saxoniae regiae I 39 S. 3 nach Orig. St.-M. Marburg.

<sup>2)</sup> S. o. Anm. zu Nr. 24.

<sup>3)</sup> Röhrenfurth, Kr. Melsungen.